

21

dei nō est compulsio: & q̄ iam definitū est equū ab iniquo.
Quæ enim est maior compulsio / q̄ cedes. Lex igitur quæ per
hanc homines compellit / non est lex dei. Ipsi autem Saraceni
vocant eā denominatiue Elefalē: quod interpretat̄: lex salutis
dei quæ pprie debet dici (sicut dictū est) lex cedis & mortis. Et
hec via commoda fuit tali legi & legislatori: ut timore mortis
corporalis / cōsentiant legi mortis eterne: sicut econuerso chri
stiani corporalē mortem cōtemnentes / vitam eternam conse
quunt̄. Vt vidit igitur Mahometus / potius autem alumnus
eius diabolus / legem hāc a diuina lege omnino differre: & ab
ea quæ in veteri & nouo testamento: & ad seipsam dissentire
& absq̄ omni ratione & miraculo / manifesta mendacia conti
nere: & cum existimaret multos propter hęc fore / qui ei cōtra
dicerent: dedit ipsi Mahometo instrumentū propriū / id est en
sem ad interimendum: & ipse dedit mandatum in lege: ut inte
rimerent quicūq̄ huic legi ad uersarent̄ / & non crederent. Et
propter hoc non in uno capitulo solum dicit̄: sed per totum li
brum / sicut mandatū quoddam uniuersale: interimite: interimi
te. Hęc via manifeste cōtraria est christo: qui mandat & ini
micos amare / & pro psequentibus orare: & eis qui nos offen
dunt / benefacere. Sed Mahometus Antichristi p̄cursor ex
istens / viam preparauit in mundo filio perditionis. Quæ via
quātum est irrationabilis / manifestum fuit in octauo capitulo.
Etenim sicut dicit Augustinus: Ceterum potest homo inuitus
credere: potest etiam confiteri ore qui cogit̄ credere: corde aut̄
credere minime cogi potest: cū ipse dñs maxime cor ab homi
ne querat: iuxta illud: Fili p̄be mihi cor tuum. Deductus aut̄
fuit Mahometo & auunculus eius dicēs: Quid mihi si hoc nō
fecero fili fratris mei: Cui iam Mahometus respondit: Interi
mam telo auuncule. Hic autē dixit: Impossibile est esse quod
dam aliud. Nihil aliud / dixit: & dixit auunculus: Sequar te ad
quodcūq̄ volueris lingua t̄m / sed non corde / timore ensis.
Omar autē filius Catempadi coactus dixit: Domine tu scis q̄
solo timore mortis fio Saracenus. Et filius autē Empiascaa ti
more ensis factus est saracenus: Vnde misit & litteras ad Me
sce: quas mulier quedam occultauit sub crinibus capitis: nun
tians his q̄ sūt in urbe aduentū Mahometi / ut cauerēt ipsi vim

Augusti
nus.

Ⓜ
Prouer.
xxiiij. c.
Violenda
Mahome
ti.

Paris m. 10. 1. 1. 1. 1.

d